



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

D[omi]nica xxii. post trinitate[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

ra quattuor momenta. Primus est. vt in secreto cordis fiat. Secundum est. vt deuote fiat. Tertium est. vt ad salutem fiat. Quartum est. vt perseueranter fiat. De primo Matth. vi. Tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum &c. tunc inuocabis et dñs exaudiet. De scdo scilicet q̄ deuote fiat. ps. Dirigatur oratio sicut &c. q̄ oratio debet esse ignita feruore deuotionis & condita odoramentis virtutum. De tertio scilicet q̄ fiat de pertinentibus ad salutem. Matt. vi. Primum querite regnum dei & iusticiam eius. De quarto scilicet de perseuerantia. Luce. xviij. Quoniam oportet semper orare & non deficere. Luce. xxi. Propter improbitatem eius &c. ¶ Elemosyna est tertia hora. & sumitur hec tam pro spirituali q̄ pro corporali. & sic omnis potest ad elemosynā sufficere. Nec hz quattuor momenta. scilicet compassiones in corde. dulcedinē in ore. largitatem in manu. & utilitatē in dato. De primo scz cōpassione ysa. lviij. Cum effuderis esuriētī animam tuam &c. Luce. vi. Estote misericordes sicut &c. De scdo scz de dulcedine oris. Eccl. iij. Declina pauperi sine tristitia aurem tuā &c. De tertio scz largitate manus. Thobie. iij. Si multum tibi fuerit &c. De quarto scz utilitate dati. Luce. xxi. Quis vestrum patrem petit panem nūqd lapidem dabit illi &c. Nec igit

sunt septem hore quarū qlibet hz quattuor momenta. ex quib⁹ cōpletur. Quāuis enim fm compositionis hore ex pluribus momentis componatur. tamen fm naturam nō componitur nisi ex quattuor. in quozus primo eius virt⁹ oritur in scdo proficiendo. p̄greditur. in tertio stat in augmento. in quarto p̄fectā diffundit operationem sue virtutis. Hoc enim modo res create in ens p̄ficiunt & ideo hāc ex quattuor fecimus compositionem. Nec albertus.



Dominica xxiij. est euangeliz. Simile est regnum celoz &c. mat. xviij. circa qd possūt hec dis

sputari. ¶ Primo. vtruz seruus ille cui dimissa sunt a dño decē milia talentozum peccauit petēdo a cōseruo suo cētū denarios. ¶ Scdo. vtrū p̄ ingratitudinem redierūt peccata prius dimissa. ¶ Tertio. vtruz potest contritio in aliquo esse vt omne debituz a deo sibi dimittatur.



De primaz questione sic p̄ceditur. Et videtur q̄ seruus ille peccauerit petendo a cōseruo suo debitū. ¶ Primo sic. ex p̄e

Domínica. lxxij. post trinitatem.

fenti euāgelio. ubi ait dñs. Ser-
ue nequam. omne debitū dimissi-
tibi quoniam me rogasti. nonne
oportebat et te misereri cōseru-
tū sicut ego tui miserus sum.
¶ Secūdo sic. Dicit. j. Loz. xij. ca-
ritas nō querit que sua sunt glo-
sa. Caritas nō reperit ablata. er-
go nullus habēs caritatē potest
repetere debita. ¶ Tertio. ma-
gis diligendū est primū q̄ aliqd
temporale. ergo nullus tenetur
repetere sua si sciat scandaliza-
re proximū. ¶ In oppositum est
illud. j. Loz. vi. Omnium mihi li-
cent. sed nō oia expediunt. Et ex-
ponitur de petitione suorū. ergo
licitū est cuiuslibet sua repetere. et
p̄ cōsequēs seruū in petendo suū
debitū non peccauit. ¶ Rūdo
dicendū. q̄ seruus ille nō pecca-
uit in petēdo a cōseruo suo cen-
tum denarios. s̄ peccauit utens
do tanta crudelitate et impieta-
te. erga illum extigēdo ab illo de-
bitū. q̄ ut dicit. Tenebat illū et qua-
si suffocabat et respirare nō sine-
bat. q̄ tñ debitū nō negabat. s̄ di-
lationē petebat ad reddēdū. pec-
cauit. ergo in hoc attenda mar-
me mia qua dñs vsus fuerat. er-
ga eū. ¶ Ad rōnes in oppositū.
¶ Ad primā p̄z ex dictis r̄sio.
q̄ debuit cōmisereri cōseruū sui.
et si non in remittendo totū debi-
tū tñ in expectādo eum quousq̄
esset potēs ad restituendū. ¶ Ad
secūdam r̄ndetur iuxta alexandrū
de hālis in tertio q̄ est repetere
ex cupiditate. et est repetere zelo

iusticie. et est repetere timore ca-
sus. Primo modo nō est repetere
ex caritate. Caritas enim nō
repetit ablata. causa sc̄z cupiditatis.
non enim est amatrix peccati
nie p̄pter se. sicut ibi dicit glo-
sa q̄ ipsa amat bonū incōmutabile
et omnia cōmutabilia refert ad
illud. ¶ Repetere zelo iusticie per-
fectis etiā s̄. ¶ Repetere vero timore
casus ne sc̄z p̄pter paup̄ta-
tem et indigentiam ruant in pecca-
tū puenit infirmis ne sc̄z egēta-
te cōpulsū furent et p̄rēt nōm-
dñi sui. ut dicitur Prover. xxx.
¶ Ad tertiam respondet negan-
do consequentiam. Et ratio est
oportet enim tenere qd certū est.
Certum est autē q̄ raptor est q̄
stulit. vel debitor q̄ reddere obli-
gatur. incertum et si scandaliza-
bitur. et preterea si scirem q̄ sc̄z
danzabitur. si repetendo p̄p̄o-
derat scandalūz propriū scan-
dalo proximi. plus teneor vitare
scandalum propriū q̄ alteri.



¶ Secūdas
questiones sic
procedit. Et
videt q̄ p̄
gratitudinem
peccata dimis-
sa redeant.

¶ Primo sic. ex presenti euāge-
lio. ubi dñs ait. Serue nequam
omne debitū dimissi tibi. et post
tradidit eum tortorib⁹ q̄ usq̄ red-
deret vniversum debitum. et er-
go dñs debitūz qd dimiserat itē

rum erigit. **¶** Secdo sic. dixit ra-
banus in glo. super euangeliz.
Nequā seruum tradidit dñs tor-
torib⁹ quousq; redderet vniuer-
suz debitū. qz nō solū homo pctā
que post baptismum egit reputa-
bunt ei ad penā. s; originalia q̄
ei dimissa sunt in baptismo.

¶ Tertio sic. Ezech. xvij. dicit sic.
Si auerterit se iustus a iusticia
sua. omnes iusticie q̄s fecerat nō
recordabuntur. ergo in eo statu
est ac si nullā iusticiā fecisset. s;
si non fecisset iusticiā penitētie
non essent ei peccata dimissa. er-
go dimissio illa annullatur. ergo
peccata dimissa redeūt. **¶** Quar-
to sic. si ponat q̄ aliquis ante cō-
pletā satisfactioez de peccatis
preteritis cadat in culpam con-
stat q̄ satisfacere non potest ex-
tra gratiam. ponat ergo q̄ dece-
dat. iste reatum secus portat qui
nō potest solui p penā satisfacto-
riam. ergo punitur pena eterna.

¶ In oppositū arguit ex illo nau-
s. alias Job. xxxij. Nō iudicabit
de⁹ bis idipm. nō ergo bis punit
si ergo aliq; p pctō dimisso peni-
tuit se punit. videt q̄ ampli⁹
p illo nō punit q̄ tuncq; pec-
cet alias. **¶** Secdo sic. Nullus in-
currit peccati maculā vel reatū
nisi ex cōmissione ipsius peccati
sed penitēs anteq̄ faceret forni-
cationem non habebat maculā
vel reatum homicidij quod sibi
iam dimissus erat nec postea for-
nicando homicidium commisit
ergo non redit homicidij q̄tum

ad culpam. nec q̄tum ad reatus.
¶ Respondeo dicendum. q̄ neces-
se est q̄ aliq̄ modo pctā redeant
qz auctoritates hoc expresse di-
cūt. S; de modo quo varie aliq̄
doctores sunt locuti. Quidāz em̄
dixerunt q̄ pctā dimissa singula-
riter q̄tū ad maculā ⁊ reatū s̄m
qd̄ causant ex actib⁹ peccatoruz
prius dimissoz redeāt p peccatū
mortale sequēs. S; ista opinio
vt arguit albert⁹ magnus ⁊ san-
ctus thō. (ij. p. q. lxxvij. ar. j.)
nō potest esse vera. qz opus dei p
opus hominis irritari nō potest
remissio autez priorum peccato-
rum est op⁹ diuine misericordie
vnde nō potest irritari p sequēs
peccatū hois. s̄m illud i. ro. ij.
Nunquid incredulitas illozum
fidez dei euacuauit. Et ideo aliq̄
ponētes peccata redire dixerūt
q̄ de⁹ dō remittit peccata peni-
tenti⁹ postmodum peccatozi s̄m
prescientiā. s; solū s̄m presentē
iusticiā prescit em̄ eū p his pec-
catis eternaliter puniendū. ⁊ tñ
p gratiā facit eū p̄sentialiter ius-
tū. S; etiā istoz opinio stare nō
potest. qz si causa absolute ponā-
tur. effectus ponitur absolute. si
ergo absolute nō fieret peccato-
rum remissio. sed cum quadam
condicione in futurum depen-
dente per gratiam et gratie sa-
cramenta. non esset sufficiens
causa remissionis peccatorum.
quod est erroneum. vtpote de-
rogans gratie dei. Et ideo po-
nitur ista conclusio q̄ nullo mo-
do

Dñica. cccij. post trinitatem.

do potest esse q̄ macula etiā reatus p̄cedentiū peccatorū redeat s̄m q̄d ex talibus actibus causa bantur sed contingit q̄ sequens actus peccati virtualiter continet reatum prioris peccati. inq̄tum sc̄z aliquis secundo peccās ex hoc ipso videtur gravior peccare q̄ pri⁹ peccauerat. Sic ergo est conclusio sc̄da. q̄ per peccatum sequens penitentiā redit quodammodo reatus peccatorū pri⁹ dimissorū. non inq̄tus causabatur ex illis peccatis pri⁹ dimissis. sed inq̄tus causat̄ ex peccato vltimo p̄petrato. quod aggrauatur ex peccatis p̄ioribus. et hoc non est peccata dimissa redire simpliciter. sed s̄m quid. inq̄tum sc̄z virtualiter in peccato sequenti continet̄. Unde in quarto cōformiter ad tertiam partē sanctus Thomas dicit sic. q̄ aliquid potest redire duplicif. vel i se. et sic peccata dimissa nullo modo redeunt q̄tum ad culpam. nec p̄ consequens quantum ad reatus vel in suo effectu. et hoc mō peccata dimissa redeunt inq̄tum ex peccatis dimissis aliqd̄ in sequētib⁹ reliquitur. et hoc em̄ q̄ homo deum offendit post dimissionem p̄cedentiū peccatorū quādā deformitatez ingratiūdis act⁹ sequentis pcti acquirit. et ideo dicitur communiter q̄ redeunt q̄tum ad ingratiūdinem. Tertia cōclusio Per ingratiūdinē peccati sequētis non consurgit tantus reatus q̄tus fuerat peccatorum dimissorum. Patet cōclusio. quia Deutero. xxv. dicit̄ q̄ pro mensura peccati erit et p̄garum modus. Et quo patet q̄ ex paruo peccato nō. consurgit magnus reat⁹. sed quādoq̄ mortale peccatum est multo minus quolibet peccatorum pri⁹ dimissorum. non ergo ex peccato sequenti redit tant⁹ reatus q̄ fuit peccatorum pri⁹ dimissorum sed bene p̄portionaliter quāto peccata dimissa fuerit plura maiora. tanto redit maior reat⁹ per qualescunq̄ sequēs peccatum mortale. ¶ Ad ratiōes in oppositum. ¶ Ad primam respōdetur. q̄ peccata redeunt modo iam dicto et non aliter. ¶ Ad secundam r̄ndet. (vbi. s̄. ar. ij. ad. ij.) q̄ peccatus originale redit modo p̄dicto. sicut mortale inq̄tum continetur dei beneficium. ¶ Ad tertiam respōdet. negando cōsequentiam. et ad auctoritatem dicendum. q̄ verum est q̄ iusticie iusti non rememorabunt q̄tum ad effectum qui ex eis expectabatur in futuro. quia per eas ad vitam eternam non pervenerent. sed rememorabunt q̄tum ad hunc effectum qui est peccata p̄terita abolere quaz in p̄senti faciebant. ¶ Ad quartam respōdetur. (iij. sen. di. ccc. q. i. ar. j. ad. v.) q̄ pena cui⁹ est aliqd̄ debitor post culpaz remissionem in inferno punietur temporaliter. nec p̄pter hoc sequit̄ q̄ in inferno sit redēptio. q̄ pena que sola

ntur non redimif. nec est incon
uentens q̄ quantū ad aliqd̄ acci
dentale pena inferni minuat̄ vs
q̄ addiē iudiciū sicut etiā auget̄.



D tertiam
questionez sic
pcedit̄. Et vi
det̄ q̄ nō pos
sit tanta cōtri
tio in aliq̄ esse
q̄ omne debi
tum sibi a deo dimittatur. id est
q̄ possit tollere totū reatū pene.

Primo sic. Satisfactio ⁊ con
fessio ordinant̄ ad liberationez
de reatu pene. sed nullus ita per
fecte conteritur quin oporteat
eum cōfiteri ⁊ satisfacere. ergo
contritio nunq̄ est tanta q̄ de
leat reatum totum. **S**ecundo
sic. In penitencia debet esse que
dam recompensatio pene ad cul
pam. sed aliqua culpa per men
bra corporis exercetur. ergo cū
oporteat ad debitū pene recōpē
sationez. vr per que quis peccat
per hec torqueatur. videt̄ q̄ nū
q̄ possit pena talis peccati p̄ cō
tritionem exolui. **T**ertio. Do
lor p̄tritionis est finitus sed p̄
aliquo peccato scz mortali debe
tur pena infinita. ergo nūq̄ pos
sunt esse tanta p̄tritio q̄ totā pe
nam deleat. **I**n oppositum est
euangelium vbi ait domin⁹. Nō
debitum dimisi tibi ⁊c. **S**ecun
do Dens plus accepta cordis af
fectum q̄ exterioroz actum. sed
per exterioroz actus absoluitur

homo a culpa et a pena. ergo si
militer per cordis affectum qui
est contritio. **R**espondeo di
cendum sub ista conclusionē. q̄
tanta possunt esse p̄trictio alic
penitentis q̄ omnem culpe rea
tum tollat siue q̄ omne debituz
a deo sibi dimittatur. scz pene ⁊
culpe. Patet conclusio exemplari
ter in latrone. cui dictū est. Ho
die mecum eris in paradiso. p̄
pter vnicum penitentie actum.
Nota iuxta sanctū Thomā (iij.
sen. di. lxxij. q. ij. ar. v. q. ij.) q̄ intē
sio contritionis possunt attendi
dupliciter. Uno modo ex parte
charitatis que displicentiā cau
sat. et sic contingit tantū inten
di charitatem in actu q̄ contri
tio inde merebit̄. nō soluz culpe
remotionem. sed etiam absolu
tionem ab omni pena. Alio mo
modo potest attendi ex parte do
loris sensibilis quem voluntas
in cōtrictiōe exercitat. ⁊ qz illa pe
na quedam est que in tantuz pos
test intendi q̄ sufficiat ad dele
ctionem pene et culpe. **A**d ra
tiones in oppositum. **A**d pri
mam respondetur. negando con
sequentiam. Et ratio est. **T**ū pri
mo. qz aliquis non potest esse
certus q̄ p̄trictio sua sit sufficiēs
ad delectionem culpe ⁊ pene. et
ideo tenetur p̄fiteri ⁊ satisfacere.
Tuz secundo. qz contritio ve
ra nō fuit nisi p̄positū cōfiteudi
habuit annexum qd̄ debet ad ef
fectum deduci. ⁊ p̄pter p̄ceptū
ecclesie de p̄fessione faciēda da

tum. ¶ Ad secundam responde-
tur. negando sequentiam. Et ra-
tio est. qz sicut gaudium interi-
redundat etiā ad exteriores cor-
poris partes. ita etiam dolor inte-
rior ad exteriora membra deriva-
tur. unde dicitur Prover. xvij. Spūs
tristis ericcat ossa. ¶ Ad tertiā
respondetur. qd licet dolor tris-
tionis sit finitus q̄tum ad inten-
tionem sicut pena mortali pctō
debita est habet tñ infinitā virtu-
tem ex charitate qua in forma-
et fm hoc potest valere ad dele-
ctionem culpe et pene.



Dominica
vicesimater-
tia est euange-
lium. Ab eun-
tes pharisei.
zc. Mat. xxij.
Circa qd pos-

sunt sequentes questioes dispu-
tari. ¶ Prima. vtruz cesari siue
principi seculari sit census dan-
dus. ¶ Secda. vtrū omnes tenea-
mur ad sacrificia deo offerēda.
¶ Tertia. vtrum christus comū-
ter reprehenderit phariseos in-
terrogantes eum. Sillcet cēsuz
dari cesari dicens eis. Cur me
temptatis zc.



Primaz
questioez. sic
pcedit. Et vi-
detur qd cesar
siue pncipi
seculari nō sit
census dand⁹.

¶ Primo sic. Dare censum perti-
net ad quandam seruitutem. sed
per aduētum xp̄i liberi facti su-
m⁹ ab oi seruitute. fm illud Job.
vij. Si fili⁹ vos liberauerit. vo-
re liberi eritis. ergo nulli est cō-
sus dandus. ¶ Secdo sic. Ipsi p̄-
cipes non vident esse a deo. fm
illud Dece. vij. Ipsi regnauerūt
z non ex me. p̄ncipes extiterūt
zc. ergo videtur qd non est alicui
eorum census dādus. ¶ Tertio
sic. Non est faciendū aliqd cōtra
institutionē diuinam. sz hoc ha-
bet institutio diuina vt homo suo
arbitrio regatur. fm illud Eccl.
xv. De⁹ ab initio p̄stituit hoīem
et reliquit euz in manu p̄ncipi-
ergo nō tenet homo se subicere
alteri tanq̄ dño aut principi. qd
psequens nec censum tribuere.
¶ In oppositum est euangelium.
¶ Respondeo dicendum. vt san-
ctus Thomas tangit super ep̄i-
stolam pauli (Ro. xij. lec. j. in p̄-
cipio.) Quidā fideles in p̄ncipi-
ua ecclesia dicebāt frenis pote-
statib⁹ se subici nō debere p̄p̄
libertatē quā p̄secuti erāt a xp̄o
fm illud Job. vij. Si filius vos
liberauit zc. sed isti nō bene dice-
bant. qz libertas q̄p xp̄m cōce-
sa est. est libertas sp̄s qua libe-
ramur a pctō et morte. Caro autē
adhuc remanet seruituti obno-
xia. sz etiā liberabitur in libera-
tem glorie filioz. z ideo tūc nul-
li subiectioni homo per xp̄m li-
beratus erit obnoxius. nec spiri-
tuali sez nec carnali. Unde dicitur